Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift



130

indurunt. pevs tota eius corporis compago subsistit.
Multi namq; inhoc mundo diuitis uidentur. qui dum re
bus opibusq; subnixi s. quasi exfortitudine solidantur.
sed largiendo hec ipsa quibus fulti s. ad suū alios erro
rē trahunt. modo non nullos ut praui fiant. donis
illiciunt. modo ñ nullos ut praui pmaneant. mune
neribus astringunt. Quid itaq; hi nisi anterēi ossa s.
qui du malos continendo multiplicant. in eius cor
pore carnes portant. Hi non nunquā decipiendis
auditorib' exhibent. lingue dulcedinē. quia & spine
pferunt flores. & apparet quidē in eis quod oleat. sed
latet quod pungat. Amaris dulcia ac noxiis blanda
pmiscent. & potestate quidē ad m miranda uideri
appetunt. sed fallendi arte pemissa colloquia quasi
humiliter substernuntur. & psermonē dese insinuant.
quod p exhibitionē negant. Vnde recte ossa uchemoth
istius eris. fistule comparantur. quia nimirū more
metalli insensibilis sonū bene loquendi habent.
s; sensū bene uiuendi non habent. Hoc namq; quasi
humiliter loquendo asserunt quod elate uiuendo con
tempnunt. Vnde bene ppaulū dicit. Si hominū loquor linguis
& angloz caritatē autē non habeā. factus sū uelut
es sonans aut cōbalū tinniens. Bona quippe loquens
s; pamorē eadē bona non sequens. uelut es sonans aut
cimbalū sonitū reddit. quia ipse non sentit uerba
que ipse facit. Sunt uero non nulli inbuius
beluę corpore non honorib' clari. ñ diuitiis
fulti. non uirtutū specie decorati. non scien
tia callidtatis periti. sed tamen uideri qua
les non sunt ambiunt. & idcirco contra bo
norū uitā nequiores fiunt. Dequib' & seqt.